UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Principia Juris Canonici : Ex Libro ... Decretalium Gregorii IX. Pontificis M / Antehac In Alma & Archi-Episcopali Benedictina Universitate Salisburgensi

König, Robert

Salisburgi, 1725

VD18 80460518

Approbatio Facultatis Juridicæ Ad Lib. II Decretalium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61781

Visual Library

APPROBATIO
S. FACULTATIS THEOLOGICÆ
Ad Librum II. Decretalium.

P*Rincipia hæc Juris Canonici in II. Lib. Decret.* nullus inoffenſo pede non decurret, cùm orthodoxæ Veritati, ac Chriſtianæ Probitati per omnia conſonent. Multiplici Eruditione facunda ſolidam omninò Doctrinam continent; intricatiſſimas Jurium controverſias, quæ non ſine magno ardore agitantur, eximia cum dexteritate dirimunt, gratiſſima claritate illuſtrant, ſuaviter occupant lectoris animum, nec dubium, quin literariæ Reipublicæ magnam adferent lucem, & utilitatem; digna hinc, ut ſicut omnium oculis, ita & præli ſudoribus committantur. ita cenſet.

P. Maurus Liechtenhaimb,
Ord. S. Bened. Lib. & exempti Monaſterii ad S. Lambertum Profeſſus, SS. Theol. Doctor & Profeſſor Ordinarius, p. t. Decanus.

APPROBATIO
FACULTATIS JURIDICÆ
Ad Lib. II. Decretalium.

IN parte hâc ſecundâ Principia Juris Canonici, in ſcientificum ordinem redacta, pulcherrimâ methodo proponuntur, ac omnes tituli per cauſas tam accurratè, támque ordinatè traduntur, ut media cum primis, ultima cum mediis, concatenata ſerie cohæreant, Digniſſimus proinde Liber, qui deterſa præli fuligine in lucem fumet, ac tum famam clariſſimi Dñi Authoris, tum nomen Prænobilis, ac Doctiſſimi Domini Defendentis æternitati tranſcribat. Ita cenſet.

Josephus Bernardus Gletle,
U. J. D. Celſiſſimi, & Reverendiſſimi Principis, & Archi-Epiſcopi Salisburgenſis Conſiliarius, Codicis, & Juris Publici Profeſſor Ordinarius, ac p. t. Decanus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN